

- 7 "Ὡσπερ οὖν, εἰ φόβου φάρμακόν τις θεῶν ἔδωκεν ἀνθρώποις ἢ πῶμα, τούτῳ ἂν τοὺς πολίτας προσάγων βασανίσῃε καὶ ἀναγκάσειεν ἀφόβους γίνεσθαι, οὕτως ἐπειδὴ οἶνος »ἀφοβίας καὶ τοῦ λίαν θαρρεῖν καὶ ἀκαίρως, ἃ μὴ χρή«, πῶμα καὶ φάρμακόν ἐστίν — ἔλεως γὰρ εὐθύς μᾶλλον ἢ πρότερον ὁ πῶν γίνεται, »καὶ ὁπόσω ἂν πλεόν αὐτοῦ γεύηται, τοσοῦτῳ 5 πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦται καὶ δυνάμεως« καὶ πάσης παρρησίας, »ὡς δὴ σοφὸς ὢν μεστοῦται καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀφοβίας« —, ἐν τούτῳ αὐτοὺς προσάγων φοβεροὺς καὶ αἰσχυνηλοὺς ἀπεργάζεται καὶ αἰδήμονας. δυοῖν γὰρ δέον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγγίνεσθαι, »τοῦ μὲν ὅπως μάλιστα θαρρήσομεν, τοῦ δὲ τῶναντίον ὅτι μάλιστα φοβησόμεθα«, ὡσπερ 10 τὴν ἀφοβίαν καὶ ἀνδρείαν ἐν τοῖς πολέμοις δεῖ μελετᾶσθαι, οὕτω τὸ φο-
- U 154<sup>v</sup> βεῖσθαί τε καὶ αἰσχυνεσθαι ἐν ἐκείνοις μελετητέον, »ἃ παθόντες πεφύκαμεν V 217 διαφερόντως θαρραλέοι τε εἶναι καὶ θρασεῖς.« τοιοῦτο δ' ἐστίν ἡ τοῦ οἴνου πόσις. ταύτης γὰρ εὐτελεστέραν τε καὶ »ἀσινεστέραν πρῶτον μὲν B 106<sup>v</sup> εἰς τὸ λαμβάνειν πείραν, εἶτα εἰς τὸ μελετᾶν πλήν τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου 15 καὶ παιδιᾶς« οὐκ ἂν τις ἔχοι »ἡδονὴν εἰπεῖν ἔμμετρον μᾶλλον, ἂν καὶ ὁπωστιοῦν μετ' εὐλαβείας γίγνηται«. οὔτε γὰρ δυσκόλου ψυχῆς καὶ ἀγρίας καὶ ἀδίκου πείραν ληπτέον εἰς ξυμβόλαια μᾶλλον ἰόντας μετὰ κινδύνου σφαλερῶς ἢ μετὰ τῆς Διονύσου θεωρίας, οὔτε τῆς πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἡττημένης ψυχῆς βάσανον θυγατέρας καὶ υἱεῖς καὶ γυναῖκας σφαλερῶς 20 ἐπιτρέψαντας καὶ ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύσαντας μᾶλλον, ἢ »μετὰ παιδιᾶς τὴν ἄλλως ἀνευ μισθοῦ ζημιώδους« τῆς οἴνου πόσεως τὸ ψυχῆς ἦθος θεωρητέον. ἐν μὲν δὴ τοῦτο οὐ μικρὸν ὄφελος ἐκ τῆς οἴνου χρήσεως ἢ τε ψυχῆς βάσανος τῶν πολιτῶν τῶν χρησιμωτάτων ὃν τῷ πολιτικῷ γινῶναι τὰς φύσεις καὶ ἔξεις τῶν ψυχῶν τό τ' ἐν τῇ ἐξ αὐτοῦ ἀφοβία φοβεροὺς 25 καὶ αἰδήμονας αὐτοὺς ποιεῖν τοῖς εὖ καὶ μετ' εὐλαβείας καὶ ἄρχοντος ἀγαθοῦ ἐφισταμένου χρωμένοις περιγίνεται τοῖς πολίταις. ἕτερον δὲ πολὺ τούτου μεῖζον καὶ πολὺ πλείονος σπουδῆς ἄξιον φανήσεται δ', ὃ λέγομεν, τὰ περὶ τῆς ὀρθῆς παιδείας, τίς ποτ' ἐστίν, ἐπαναλαβοῦσιν.
- 8 Λέγομεν δὴ »τῶν παιδῶν πρώτην αἴσθησιν εἶναι ἡδονὴν καὶ λύπην. 30 ἐν οἷς πρώτοις ἀρετὴ καὶ κακία ψυχῇ παραγίνεται πρῶτον. φρόνησιν γὰρ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους« μόλις τισὶ καὶ πρὸς γῆρας παραγίνεσθαι.
- V 155 παιδείαν τε εἶναι τὴν πρώτην παραγινόμενην παισὶν ἀρετὴν. τὴν γοῦν ἡδονῆς καὶ φιλίας καὶ μίσους ἐν ψυχαῖς πρὸ μὲν τοῦ λόγον λαβεῖν ὀρθὴν χρήσιν, μετὰ δὲ τὸ λαβεῖν λόγον ξυμφωνίαν καὶ ὀρθὸν ἐθισμόν ξύμπασαν 35 μὲν ἀρετὴν εἶναι, παιδείαν δὲ ἰδίως »τὸ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς, ὥστε μισεῖν μὲν ἃ χρὴ εὐθύς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, στέργειν δὲ ἃ χρὴ στέργειν.« ἐπεὶ δ' αἱ μὲν ὀρθῶς τεθραμμέναι ἡδοναὶ τε καὶ λύπαι παιδεῖαί εἰσιν, χαλᾶται δ' ὁμοῦ αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐν τῷ βίῳ καὶ διαφθείρεται, οἰκτείραντας αὐτοὺς τοὺς θεοὺς τὸ τῶν ἀνθρώπων 40
- V 217<sup>v</sup> ἐπίπονον (πεφυκὸς γένος) ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων τάξασθαι τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς καὶ Μούσας Ἀπόλλωνά τε μουσαγέτην καὶ Διόνυσον ξυνεορταστάς δοῦναι, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς γενομένας τροφὰς

Quem ad modum igitur, si quis deorum immortalium medicamentum 7  
 aliquod, quod haustum timorem pelleret, civibus dedisset, hoc tractando  
 hortandoque impavidos illos effici oportere diceremus, sic cum vini usus  
 medicina quaedam sit ad audaciam et nimiam importunamque confidentiam  
 5 — fit enim, ut, qui id hauserit, hilarior sit et, quo liberalius hauserit, eo  
 spe maiore melioreque impleatur et audacia plenus, quasi praecipua sapientia  
 praeditus, animosior fiat et libere atque impavide audeat —, profecto hoc  
 modo pavidos, verecundos et ingenuo quodam pudore praeditos homines  
 fieri posse dicendum est. Cum enim duo illa animis nostris perfecte con-  
 10 cilianda sint: fiducia et timor, ut fiduciam et fortitudinem in bello medi-  
 tari debemus, sic timorem et verecundiam in his rebus exercere, per quas  
 audere et fidentes esse possimus. Talem autem rem vini usum esse in-  
 tellego. Nulla enim levior aut securior voluptas vel ad experiendum vel  
 ad exercendum esse aut dici potest quam haec iocandi atque solandi ratio,  
 15 quam exhibere vinum videmus. Nihil sane moderatius adhiberi potest,  
 praesertim si caute agatur. Nec enim animum difficilem, agrestem, ini-  
 quum experiri potius per commercia non sine tuo periculo debes quam  
 per convivium Liberi patris, nec examen animi veneri succumbentis per  
 fallacem uxoris et liberorum commendationem faciendum est et carissi-  
 20 marum periculo rerum potius, quam per iocum usu vini sine discrimine  
 iacturae mores animi perspiciendi sunt. Hoc igitur unum non mediocre  
 commodum ex vini usu ad examen civium capitur, perutile certe homini  
 civili, ne habitus naturasque animorum ignoret. Fitque etiam per eius  
 impunitatem, ut pavidi verecundique efficiantur, qui caute et moderate  
 25 sub optimo magistro tempestivis conviviis utuntur. Alterum longe amplius  
 et maiore studio dignius sequitur, quod planius perfectiusque explicabitur,  
 si rectam erudiendi rationem repetierimus.

Dicimus itaque puerorum primum sensum esse dolorem ac volup- 3  
 tatem, quibus primis efficitur, ut virtus aut vitium animo primum con-  
 30 cipiatur. Nam prudentiam veramque opinionem vix nonnulli provecta iam  
 aetate capessunt. Eruditionem vero eam esse virtutem, quae a pueris prima  
 recipiatur. Voluptatis igitur, amoris et odii, antequam ratio recipiatur, usus  
 rectus, postquam recepta ratio est, et convenientia rectaque consuetudo  
 virtus integra est. Sed eruditio proprie eius virtutis pars est, quae in volup-  
 35 tatibus ac doloribus adhibito temperamento consistit, ut mox ab initio ad  
 finem odio habeant, quae habenda odio sunt, amentque, quae amanda sunt.  
 Verum cum omnis erudiendi ratio in voluptatibus ac doloribus recte adhibito  
 temperamento versetur, sed accidat, ut pleraque in vita langueant atque interi-  
 mantur, dii immortales labores mortalium miserati requiem his laborum,

8 ἀπεργάζεται B V ἀπεργάσεται U | 20 βάσανον V om. | 22 ἡθος om. M | 29 ἐπανα-  
 λαβοῦσιν *forse corrigendum in ἐπαναλαβόντες* | 41 πεφυκός γένος *supplevi ex textu Platonis.*

3 Plat. Legg. I. 649 a. | 5 Plat. Legg. I. 649 b. | 9 Plat. Legg. I. 649 c. | 14 Plat.  
 Legg. I. 649 d. | cf. 17 Plat. Legg. I. 650 a. | 30 Plat. Legg. II. 653 a. | 36 Plat. Legg.  
 II. 653 b. | 38 cf. Plat. Legg. II. 653 d.

- ἐν ταῖς ἐορταῖς. τοῦτο δὲ καὶ τῇ φύσει πρόσφορον εἶναι. τὸ γὰρ νέον  
 B 107 ἅπαν, ὡς ἔπος εἶπειν, οὐ δύνασθαι οὔτε τοῖς σώμασι οὔτε ταῖς φωναῖς  
 ἡσυχίαν ἄγειν. ἀλλὰ »κινεῖσθαι ἀεὶ, ζητεῖν καὶ φθέγγεσθαι, τὰ μὲν  
 ἀλλόμενα καὶ σκιρτῶντα, οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς καὶ προσπαίζοντα,  
 τὰ δὲ φθεγγόμενα πάσας φωνάς. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα μὴ ἔχειν αἴσθησιν 5  
 τῶν ἐν ταῖς κινήσει τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν, οἷς δὴ ῥυθμὸς ὄνομα καὶ  
 ἁρμονία. ἡμῖν δὲ οὕς εἴπομεν τοὺς θεοὺς συγχορευτὰς δεδῶσθαι,» καὶ »τὴν  
 εὐρυθμον καὶ ἑναρμόνιον αἴσθησιν μεθ' ἡδονῆς» δεδωκέναι, ᾧδὰς τε καὶ  
 ὀρχήσεις διδάξαι καὶ χοροὺς ἀπὸ τῆς χαρᾶς ἐμφυτον ὄνομα αὐτὰ ὀνομα-  
 U 155<sup>v</sup> κέναι, ὡς τὴν διὰ Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος πρώτην ἡμῖν εἶναι παιδείαν, 10  
 καὶ τὸν μὲν ἀπαιδευτὸν ἀχόρευτὸν ἡμῖν εἶναι, τὸν δὲ πεπαιδευμένον ἱκανῶς  
 κεχορευκότα, καὶ χορείαν ὀρχησίν τε καὶ ᾠδὴν τὸ ξύνολον εἶναι, καὶ τὸν  
 καλῶς πεπαιδευμένον ἄδειν τε καὶ ὀρχεῖσθαι δυνατὸν ἂν εἶναι. τὸν μὲντοι  
 καλῶς ἄδοντα καὶ καλῶς ὀρχούμενον καὶ καλὰ ἄδειν καὶ καλὰ ὀρχεῖσθαι  
 ἀνάγκη. πολὺ γὰρ τὸ διάφορον τούτου τε καὶ τοῦ ἢ καλὰ μὲν ἄδοντος 15  
 καὶ ὀρχουμένου, μὴ χαίροντος δὲ τοῖς καλοῖς μηδὲ τὰ κακὰ μισοῦντος, ἢ  
 τοῦ ἀσπαζομένου μὲν τὰ καλὰ καὶ τοῖς μὴ καλοῖς δυσχεραίνοντος, τῇ δὲ  
 φωνῇ καὶ τῷ σώματι μὴ πάνυ τοι ὄντος δυνατοῦ κατορθοῦν.  
 9 Ὡν οὕτω κειμένων ἀνάγκη τί τὸ καλὸν ᾠδῆς τε καὶ ὀρχήσεως  
 γινώσκειν τοὺς μέλλοντας, »ἥτις παιδείας ἐστὶ φυλακὴ καὶ ὄπου, διαγινώσ- 20  
 κειν,» διερευνητέον οὖν »σχῆμά τε καλὸν καὶ μέλος καὶ ᾠδὴν καὶ ὀρχησιν,»  
 εἰ μέλλοιμεν εἰδέναι τὸν ὀρθῶς πεπαιδευμένον ἢ μὴ καὶ τὴν ὀρθήν, ἥτις  
 ἐστὶ, παιδείαν εἶθ' Ἑλληνικὴν εἶτε βαρβαρικὴν. ἐπεὶ δὲ ἄλλαι δειλῶν καὶ  
 ἄλλαι ἀνδρείων σπουδαί τε καὶ φάυλων καὶ ὅλως ἀρετῆς καὶ κακίας σχήματα  
 V 218 καὶ φθέγματα καὶ χρώματα, καὶ τὰ μὲν καλὰ, τὰ δὲ τούναντίον, οἱ δὲ 25  
 ἄνθρωποι πλανώμενοι οὐ ταῖς αὐταῖς ἅπαντες ὁμοίως χορείαις χαίρομεν,  
 ἀλλ' ἄλλοι ἄλλαις, ὡς ἕκαστος ἢ φύσεως ἔχει ἢ ἔθους, μεγάλη τε ἐντεῦθεν  
 βλάβη τοῖς πονηρίας ἢ μέλεσιν ἢ σχήμασι χαίρουσιν ἔπεται καὶ τούναντίον  
 ὠφέλεια μεγίστη τοῖς τάναντία ἐπιτηδεύουσιν, — ἀνάγκη γὰρ ὁμοιοῦσθαι τὸν  
 U 156 χαίροντα τοῖς ὀποτέροις ἂν χαίροι — ἀνάγκη, ὄπου νόμοι καλῶς διοικούμενοι 30  
 B 107<sup>v</sup> ἢ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσονται, μὴ ἔἴαν ὅλως τοὺς ποιητικούς, ὅτιπερ  
 ἂν αὐτοὺς ἐν τῇ ποιήσει τέρπη ῥυθμοῦ ἢ μέλους ἢ ῥήματος ἐχόμενον, τοῦτο  
 διδάσκειν καὶ »τοὺς τῶν εὐνόμων παῖδας καὶ νέους ἐν τοῖς χοροῖς, ὅτι  
 ἂν τύχοι, ἀπεργάζεσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ μοχθηρίαν». τὴν γὰρ περὶ τὰ τοι-  
 αῦτα τῶν ποιητῶν ἄδειαν, οἷς ἐν πάσαις σχεδὸν πόλεσιν ἔξεστι ταῦτα 35  
 δρᾶν, πολλῆς αἰτίας γίνεσθαι μοχθηρίας. ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ μελῶν καὶ ῥυθμῶν  
 καὶ ῥημάτων τὴν ὀρθότητα ἐλεῖν δυνατὸν εἶναι, εἰς νόμον καὶ τάξιν θετέον  
 αὐτὰ καὶ κατὰ ταῦτα τοὺς νέους ἀκτέον καὶ μὴ ἄλλα παρὰ ταῦτα ἄδειν

19 τί U τί B] V om. | 20 ἥτις *codd.* εἰ τις *edit.* | 35/36 οἷς ἐν — δρᾶν U<sup>x</sup> *in marg.* B V M Z *in textu*

8 Plat. Legg. II. 653 e. | 10 cf. Plat. Legg. II. 654 a. | 20 Plat. Legg. II. 654 d.  
 21 Plat. Legg. II. 654 e. | 38 Plat. Legg. II. 656 c. | 34 cf. Plat. Legg. II. 656 d—657 b.

terias et solemnes numinum dies statui voluerunt Musasque et Musarum principem Apollinem ac Liberum patrem celebritatum socios adhibuerunt, qui depravatam institutionem emendarent. Quod idem naturae quoque consentaneum esse videmus, siquidem iuventus fere omnis corpore aut lingua  
 5 quiescere non potest, sed semper moveri loquique appetit, partim saliens et exsultans, quasi numerosum quendam motum ac ludum cum voluptate exercens, partim etiam vocem emittens crebram et veram. Ceterum reliquae animantes sensu ordinis inordinationisque suorum motuum vacant, quibus bene compositis nomen inditum est numeri et concentus. Nos  
 10 deos, quos modo nominavi, celebritatum nostrarum comites habuimus, qui sensum numerosum, concinnum, suavem, periucundum nobis dedere, modulos saltandique genera docuere, choros ἀπὸ τῆς χαρᾶς, hoc est gaudio, aptissime nominarunt. Itaque primam erudiendi rationem effici Musarum et Apollinis opera perspicuum est, ineruditumque hominem esse, qui choreae Musarum expertus est, eruditum vero, qui compos eius est, totumque  
 15 id genus in choream, saltationem et cantum distribui declaratur. Quo fit, ut, qui bene eruditus est, bene cantandi saltandique peritiam habeat. Quam cum bene exerceat, bona etiam suo cantu et suo saltu praestet, necesse est. Plurimum enim inter eum interest, qui bene et bona agit, atque eum, qui  
 20 vel bona quidem exercet, sed minus bonis delectatur malaque aspernatur, vel qui bona amat, mala odit, sed voce aut corpore nequit exercere.

Quae cum ita sint, quid boni in cantu aut saltatione sit, nosse eos oportet, qui scire cupiunt, quomodo eruditio conservetur. Indagandus est igitur honestus corporis gestus, modulus, cantus, saltus, si quando venturi  
 25 eo sumus, ut, recte necne institutum sit et quaenam recta erudiendi ratio sive Graeca sive barbara sit, nosse possimus. Sed quoniam varia studia fortitudinis timiditatisque et omnino virtutis ac vitii habentur, varii sunt gestus, saltus, soni, voces et partim honesti, partim inhonesti, verum homines per errorem non omnes aequae iisdem modis chorearum utuntur,  
 80 sed aliis alii, ut suo quisque ingenio aut more decreverit, non parvumque hinc detrimentum iis evenit, qui pravis aut modulis aut gestibus delectentur, contra summum iis commodum, qui voluptatem capiant ex honestis — similem enim his quemque effici, quibus oblectatur, necesse est — idcirco, ubicumque leges aut nunc bene constitutae servantur aut in posterum con-  
 85 stituentur, maxima cura adhibenda est, ne poëtis liberum sit omnia suo numero, modulo et vocabulo mandare et pro arbitrio suo liberos optimorum civium quibuslibet modis instruere. Licentia enim huiusmodi poëtarum, quibus licere video in omnibus fere civitatibus ita agere, causa est, ut summa cum improbitate usus rerum civilis habeatur. Quodsi moduli,  
 40 numeri, vocabuli recta ratio capienda est, lege atque ordine constituendum, quem ad modum haec agi debeant, atque ita iuvenes educandi instituendique sunt, ut praeter haec nihil omnino cantare aut novi facere auserint, sicut apud Aegyptios lege sancitum est, apud quos ea, quae ante decem milia

καὶ καινοτομεῖν, ὡσπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ νενομοθέτηται, ὅπου καὶ τὰ μυριο-  
 στὸν ἔτος γεγραμμένα ἢ τετυπωμένα ὁμοίως τοῖς νῦν ἀπειργασμένα ὁρῶμεν.  
 καὶ ἐπεὶ ἡ τῆς μουσικῆς καὶ παιδιᾶς ὀρθὴ χρεια μετὰ χορείας ἐστίν — ἀπὸ  
 δὲ χαρᾶς ὁ χορός. »χαίρομέν τε ὅταν οἴομεθα εὖ πράττειν, καὶ ὅπότεν  
 χάρωμεν, οἴομεθα εὖ πράττειν« καὶ »χαίροντες ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δυνάμεθα«. 5  
 ἀλλ' οἱ μὲν νέοι ἡμῶν χορεύειν ἔτοιμοι, πρεσβύτεροι δὲ διὰ τὸ τὸ παρ' αὐτοῖς  
 ἐλαφρὸν ἐκλιπεῖν αὐτοὺς ἐκείνους θεωροῦντες χάρουσι τῇ ἐκείνων παιδιᾷ τε  
 καὶ ἐορτάσει, τιθέμενοι »ἀγῶνας τοῖς δυναμένοις ἡμᾶς ὅτι μάλιστα εἰς τὴν  
 νεύτητα μνήμη ἐπεγείρειν« — ἐκείνων τῶν ἐορταζόντων »δεῖ σοφώτατον ἡγεῖ-  
 σθαι«, εἶποι τις ἂν ἴσως, »καὶ κρίνειν νικᾶν, ὅς ἂν ἡμᾶς εὐφραίνεσθαι καὶ 10  
 χάρειν ὅτι μάλιστα ἀπεργάζηται«. οὐ μόντοι ὀρθῶς τοῦτο λέγεται. ἀλλ'  
 V 218<sup>v</sup> ἐπεὶ διάφορος ἡ κρίσις ἐκ διαφόρων ἡλικιῶν περὶ τῶν διαφόρως ἀγωνιζομένων  
 U 156<sup>v</sup> γίνεται ὡσπερ καὶ ἡ τέρψις — οἱ μὲν γὰρ τοὺς θαύματα ποιοῦντας, ἅτε καὶ μᾶλλον  
 ἐπ' αὐτοῖς τερπόμενοι, ὅσοι δηλονότι σμικρὰ πάλιν παιδία εἰσὶ, νικᾶν κρίνουσι,  
 τοὺς δὲ κωμῶδία τέρπει, ὅσοι ἤδη παῖδες, καὶ τοὺς ταύτης ἐργάτας νικητάς 15  
 τίθενται, καὶ τὰς γυναῖκας τραγωδία, τοὺς δὲ γέροντας τάχα ῥαψωδία  
 καλῶς ἐκ τῶν Ὀμηρείων ἢ Ἰσσιδείων διατεθειῖσα εὐφραίνει ..., δηλον ὡς  
 ἐκείνους μάλιστα νικᾶν κριτέον τοὺς ὑπὸ βελτιόνων κριτῶν καὶ ἡμετέρων  
 ἡλικιωτῶν κριθέντας νικᾶν, καὶ τῇ τῶν βελτίστων καὶ ἱκανῶς πεπαιδευ-  
 μένων, οὐ τῇ τοῦ θεάτρου καὶ τῶν πολλῶν ἡδονῇ κριτέον, ποία μουσα 20  
 καὶ ἠδὴ καλλίστη. τοὺς γὰρ ἀληθεῖς κριτάς καὶ σοφοὺς δεῖ καὶ ἀνδρείους  
 B 108 εἶναι, τῇ μὲν ἵνα μὴ ὑπὸ θορύβου τῶν πολλῶν ἐκπλήττωνται ὑπὸ τοῦ  
 θεάτρου διὰ τὴν ἰδίαν ἀγνοίαν διδασκόμενοι, τῇ δὲ ἵνα γινώσκοντες μὴ  
 δι' ἀνανδρίαν καὶ δειλίαν τῶν θεατῶν ψεύσονται τὴν κρίσιν, διδάσκαλοι  
 κατὰ τὸ εἶδος οἷα κριταί, οὐ μαθηταὶ τῶν θεατῶν καθεζόμενοι καὶ ἐναν- 25  
 τιωσόμενοι τοῖς τὴν ἡδονὴν μὴ προσηκόντως μηδὲ ὀρθῶς ἀποδιδούσι θεαταῖς.  
 10 Οἷς οὕτως ἔχουσιν ὁ αὐτὸς αὖ ἔπεται λόγος παιδείαν εἶναι τὴν  
 παίδων ὀλκὴν τε καὶ ἀγωγὴν »πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου λόγον ὀρθὸν εἰρη-  
 μένον καὶ τοῖς ἐπιεικεστάτοις δι' ἐμπειρίαν ξυνδεδογμένον, ὡς ὕντοις ὀρθός  
 ἐστίν.« ἵνα τοίνυν ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς ξυνέπηται τῷ νόμῳ, τοῖς αὐτοῖς 30  
 χάρουσα καὶ λυπούμενη ὡσπερ καὶ ὁ γέρον καὶ αὐτὸς ὁ νόμος, τὰς ἠδὰς,  
 αἱ δὲ ἐπῶδαί ταις ψυχαῖς αὐτῶν εἰσι, διδασκτέον αὐτούς. διὰ γὰρ τὸ σπουδὴν  
 μὴ δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν νέων ψυχὰς παιδιᾶς τε καὶ ἠδὰς προσενεκτέον  
 U 157 αὐτοῖς καὶ ταύταις αὐτοὺς ἐπιστέον τοῖς καλοῖς χάρειν, καθάπερ τοῖς  
 κάμνουσι τὰ σώματα τὴν μὲν χρηστὴν τροφήν, ἵνα αὐτὴν ἀσπάζωνται, ἐν 35  
 ἠδέσι τισὶ σιτίοις καὶ πόμασι προσφέρουσιν, οἷς μέλει τούτων, τὴν δὲ τῶν  
 πονηρῶν ἐν ἀηδέσιν, ἐν' αὐτὴν μισεῖν ὀρθῶς ἐπιζώνται. διὰ τοῦτο οὖν ὁ

B μετὰ χορείας U<sup>x</sup> *suprascripsit* B V M Z. *in textu* | 18 γὰρ U<sup>x</sup> *suprascripsit* B V M Z  
*in textu* | 15 ἤδη B V M *corr.* U<sup>x</sup> *ex* *U* | 20 ἐπιεικεστάτοις] *edit. add.* καὶ πρεσβυτάτοις

4 Plat. Legg. 657 c. | 8 Plat. Legg. II. 657 d. | 9 Plat. Legg. II. 657 e. | 18 cf.  
 Plat. Legg. II. 658 b - 659 b. | 28 Plat. Legg. II. 659 d. | 30 cf. Plat. Legg. II. 659 e  
 -- 660 a.

annorum picta sculptave habentur, iis, quae modo facta sunt, proxima cernimus. Et quoniam rectus musicae ac ludorum usus non sine chorea habetur — Chorus autem ipse ἀπὸ τῆς χαρᾶς, id est gaudio, ut supra diximus, nomen accepit. Gaudemus autem, cum nos felices sentimus, gaudentesque  
 5 felices nos esse arbitramur nec quiescere possumus. Sed iuvenes in choream vertuntur, seniores, quia ingravescente iam aetate nequeunt saltitare, assident ludos iuvenum cum delectatione et amoena celebritatum solatia spectantes, statuunt etiam certandi genera, quae nos memoria, quam maxime possint, ad florentis aetatis officia revocare. — cum, inquam, haec ita sint,  
 10 illum ex omnium celebrantium numero sapientissimum iudicari praestantiorumque ceteris haberi fortasse dixeris oportere, qui nos maiorem in modum gaudere atque oblectari faciat. Attamen non recte ita iudicaveris. Cum enim varium iudicium a varia aetate de hominibus varie certantibus proficiscatur, quomodo et oblectatio evenit, — alii enim circulatorum putant  
 15 praestantiores, quoniam his vehementius delectantur, ut qui pueri adhuc sunt, alii comoedos, ut qui floescente iam adolescentia comoediis delectantur et eius generis auctores observant, alii tragoedos ut mulieres, quas tragici actus tenent, alii rhapsodos ut seniores fortasse, quos ex Homeri aut Hesiodi carmine series quaedam decantata oblectat — hinc illos potissi-  
 20 mum praestare iudicandum est, qui praestantiorum spectatorum iudicio nostrorumque aequalium sententia decernantur esse praestantiores, et optimorum atque eruditorum virorum, non vulgi delectatione statuendum, quae musa iucundior aut quod modulandi genus pulchrius sit. Etenim dignos iudices cum sapientes, tum fortes esse oportet, alterum ne vulgi tumultu  
 25 arrepti sui consilii inopes a temerario theatro, quid sentire debeant, admoneantur, alterum ne, quod ipsi recte norunt, per pusillanimitatem in iudicando mentiantur et ut magistri, quod esse debent, qui iudices adsunt, non discipuli spectantis multitudinis sedeant et his contradicant, qui voluptatem non digna ratione describunt.

30 Quae cum ita sint, eadem illa ratio sequitur, ut eruditio sit educatio 10 et institutio iuvenum ex recta legum ratione deducta et peritia optimorum virorum approbata. Ergo ut animus iuvenis legi obtemperet iisdemque, quibus senex, rebus delectetur aut maereat, elaborandum est, ut iuvenes cantu et modulo, quo eorum animus quasi carmine quodam adhibito duci  
 35 solet, erudiantur. Cum enim eorum natura studia graviora suscipere nequeat, ludi et moduli genera adhibenda sunt honesta, quibus oblectari assuescant in rebus honestis et his acquiescere, quem ad modum in curandis aegrotis agitur, quibus salubres cibos suaviter conditos praeberere solemus, ut libenter accipiant, insalubres contra aliqua sparsos amaritudine,  
 40 ut aspernentur atque reiiciant. Hac igitur causa sapiens legum lator minime poetae concedet, ut, quoscumque numeros modulosque iucundiores existimaverit, docere possit, sed persuadeat, ut virorum fortium continentiam, optimorum virorum, non vitiosorum res gestas canat, easdemque verbis

ὀρθὸς νομοθέτης οὐκ ἑάσει τὸν ποιητικόν, ὅπερ εἴρηται, ἀ ἂν αὐτὸν τέρπη  
 V 219 ῥυθμοῦ ἢ μέλους (σχήματα) ἐχόμενα, διδάσκειν, ἀλλὰ πείσει ἢ μὴ πείθων  
 ἀναγκάσει σωφρόνων τε καὶ ἀνδρείων καὶ πάντως ἀγαθῶν ἔργα, οὐ τῶν ἐναν-  
 τίων ἄδειν καὶ ταῦτα καλοῖς καὶ ἐπαινετοῖς ῥήμασιν, οὐ τοῖς ἐναντίοις ποιεῖν,  
 ῥυθμοῖς καὶ σχήμασι καὶ ἀρμονίαις ἐπαινεταῖς, οὐκ ἄλλοις χρώμενον, ἵνα ταῦτα 5  
 καὶ τὰ τοιαῦτα μανθάνοντές τε καὶ ἄδοντες ἡμῖν ἐκ παιδὸς οἱ νέοι ὀρθῶς  
 ἄγοιντο τοῖς καλοῖς χαίροντες καὶ τῶν ἐναντίων ἀπέχαιντο. ἀναγκαστέον  
 οὖν τὸν ποιητὴν λέγειν τὸν μὲν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ σώφρονα καὶ δίκαιον  
 εὐδαίμονα καὶ μακάριον εἶναι, εἰ καὶ ἄλλως ἀτυχῆς ἐστὶ καὶ πένης, τὸν  
 δ' ἄδικον ἄθλιόν τε καὶ ἀναιρῶς ζῶντα, κἂν Κινύρας καὶ Μίδου μᾶλλον 10  
 πλουτῆ. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ οἷον ὑγίειαν ἢ κάλλος ἢ  
 πλοῦτον ἢ εὐαισθησίαν, τυραννίδα τε καὶ ἀθανασίαν ἀπλῶς οὕτως οὐκ ὀρθῶς  
 U 157<sup>v</sup> λέγεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μὲν δικαιοσύνης ἄριστα κτήματα εἶναι, μετὰ δὲ ἀδι-  
 κίας κάκιστα. ξυμπάντα ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγείας. μηδὲ γάρ, ὡς τινες  
 οἴονται, τὸν ὑγιαίνοντα καὶ πλουτοῦντα καὶ τυραννοῦντα μετ' ἀδικίας καὶ 15  
 B 108<sup>v</sup> ὕβρεως εὐδαίμονα εἶναι, ἀλλὰ σαφῶς ἄθλιον. τὸν τε ἰσχυρὸν καὶ καλόν,  
 ἄδικον δὲ καὶ ὕβιστήν ὄντα αἰσχροῦς ζῆν κακῶς τε καὶ ἀηδῶς καὶ μὴ  
 ξυμπερόντως αὐτῷ. καὶ εἴ τις ἄλλως ἡμῖν ἐν τῇ πόλει λέγοι καὶ νομιζοί  
 εἶναι τινὰς πονηροὺς μὲν, ἠδέως δὲ ζῶντας, ἢ λυσιτελοῦντα μὲν ἄλλα (καὶ)  
 κερδαλέα εἶναι, δικαιότερον δ' ἄλλα, ζημίαν ὀλίγου μεγίστην ἐπιτιθεῖν ἂν. 20  
 τὸν γὰρ αὐτὸν εἶναι καὶ δικαιοτάτον καὶ ἡδιστόν βίον. μηδὲν γὰρ ἀγαθὸν  
 εἶναι, ὃ μὴ καὶ ἠδύ, μήτε μὴν κακόν, ὃ μὴ καὶ λυπηρόν. κλέος τε γὰρ  
 καὶ ἐπαινος πρὸς ἀνθρώπων καὶ θεῶν ὡσπερ ἀγαθόν τε καὶ καλόν, οὕτω  
 καὶ ἠδύ. δύσκειά τε καὶ ψόγος ὡσπερ κακόν, οὕτω καὶ λυπηρόν. τὸ  
 μὲν οὖν μὴ χωρίζειν λόγῳ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἠδύ πιθανόν πρὸς τὸ ἐθέλειν 25  
 τινὰ ζῆν τὸν ὅσιον καὶ δίκαιον βίον, τὸ δὲ χωρίζειν αἰσχιστόν καὶ ἐναν-  
 τιώτατον. «οὐδεὶς γὰρ ἂν ἐκὼν ἐθέλοι πείθεσθαι πράττειν τοῦτο, ὅτῳ μὴ  
 τὸ χαίρειν τοῦ λυπεῖσθαι πλέον ἔπεται.»

11 Καὶ νομοθέτην οὖν ἀγαθὸν καὶ ποιητὴν ταῦτα τοῖς νέοις ἐπαστέον  
 V 219<sup>v</sup> καὶ τούτοις τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐθιστέον, θαρροῦντας ὡς ῥαδίως ἂν ψυχὰς 80  
 νέας καὶ ἀπαλὰς πείσαιεν τὰς καὶ πολλοῖς ἀπιστοτέροις καὶ μύθοις ἀλόγοις  
 U 158 ἔσθ' ὅτε πειθομένας. τοὺς τε τοίνυν νομοθέτας καὶ ποιητὰς ταῦτα ῥητέον  
 καὶ χοροὺς ἅπαντας τρεῖς ὄντας, ἢ πρότερον εἴρηται, Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλω-  
 νος καὶ Διονύσου, ταῦτα ἄστέον ἀεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν τὸ κεφάλειον ἔστω  
 τὸ τὸν αὐτὸν ἡδιστόν τε καὶ ἄριστόν βίον εἶναι καὶ λέγεσθαι. καὶ «πρῶτον 85  
 μὲν τὸν Μουσῶν χορὸν ὀρθότατ' ἂν τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ μέσον ἄστέον, τῶν  
 παίδων γε ὄντα καὶ τὰ ποιητῶν ἄδόντων. «δεύτερον δὲ τὸν τῶν μέχρι  
 τριάκοντα ἐτῶν, τὸν τε Παιᾶνα ἐπικαλούμενον μάρτυρα τῶν λεγομένων ἀλη-  
 θείας περὶ καὶ τοῖς νέοις ὕλων μετὰ πειθοῦς γίνεσθαι ἐπευχόμενον.» «τρι-  
 τούς δὲ τοὺς ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη μέχρι τῶν ἐξήκοντα γεγονότας.» καὶ 40  
 τούτους ἄδειν δεῖν τὰ αὐτὰ καὶ ὅσα πρὸς ἀρετὴν φέρει. τοσοῦτους γὰρ  
 καὶ τὸν Λακεδαιμόνιον νομοθέτην χοροὺς διατάξασθαι τρισὶ πρέποντα ἡλι-  
 κίαις, τὸν τε τῶν γερόντων, ὃς ἀρχόμενος ἦδεν·

honestis decoret et gestibus, numeris, concentibus moderatis, ut nostri iuvenes ab ineunte aetate honesta erudiendi ratione imbuti et liberali musica instituti ingenue educentur et in praeclaros viros evadant amantes semper atque amplectentes res honestas, inhonestas autem aspernantes atque vitantes. Ergo cogendus est poëta, ut eum felicem beatumque appellet, qui iustus ac temperans est, etiamsi pauper infortunatusque sit, miserum autem et vitae acerbitate semper anxium eum vocet, qui iniustus, incontinens, improbus est, etiamsi Cinyra aut Mida fuerit opulentior. Quae enim vulgo bona appellantur, valetudinem dico, pulchritudinem, vires, divitias, ingenium etiam, imperium, immortalitatem, non recte prorsus ita appellari censeo, sed si iuncta cum iustitia fuerint, optima erunt, si cum iniuria, pessima. Neque enim homo, qui bene valet aut dives potensque est, felix esse cum iniquitate et contumelia potest, sed plane miser est, licet pulcher et viribus corporis praestans, sed iniustus et contumeliosus moleste, anxie, turbide vitam agit. Quodsi quis e civibus nostris aliter dixerit putans esse aliquos, qui quamvis pravi, tamen laeti vivant, aut alia commodiora utilioraque esse, alia iustiora atque honestiora, hunc summa propemodum poena condemnandum arbitrarer. Vita enim eadem et iustissima et iucundissima est. Nullaque res bona esse potest, quin eadem sit iucunda, sicuti nec mala, quae eadem anxia non sit. Laus namque et honor et gloria apud omnes sive homines sive deos ut bona honestaque sunt, sic iucunda etiam sunt. Vituperatio, infamia, ignominia, dedecus ut mala et turpia sunt, sic etiam anxia. Iuvat ergo, ne bonum a iucundo separetur, ad vitae usum iustae piaequae agenda. »Nemo enim id agere ultro velit, ex quo non plus voluptatis capiat quam doloris.«

Haec igitur et legum latoribus omnibus et poëtis dicenda sunt, tum choris omnibus, quos tres numero instituendos diximus: Musarum, Apollinis, Liberi patris. Haec et reliqua eiusdem generis semper cantanda sunt, quorum summa et caput illud est, ut idem vivendi genus et iucundissimum et optimum esse putetur. Haec primus adolescentulorum chorus rite carmine poëtarum suorum coram omnibus canet. Secundus eorum, qui ad trigesimum usque aetatis suae annum pervenerint, Paeanam referet conscium veritatis suorum verborum optabitque iuvenibus benigno numine inspirari. Tertius eorum, qui a trigesimo anno ad sexagesimum sunt proventi, haec eadem et omnino, quicquid ad virtutis officium spectat, modulabitur. Totidem enim choris Lacedaemonium illum legum latorem tribusque his aetatibus apte disposuisse manifestum est. Senes exordiri choream voluit cantantes:

10 Κινύρασ *scripsi* Κινύρα Β V M Κινύρα U | 18 ἄλλως U ἄλλος Β V | 19 καὶ *scripsi sec. textum Platonis* | 30 τὸν] U *add.* τῶν | 40 ὑπὲρ *correxi* περὶ *codd.*

7 cf. Plat. Legg. II. 660 c—663 a. | 27 Plat. Legg. II. 663 b. | 85 Plat. Legg. II. 664 c d.



»ἄμμες ποτ' ἤμεν ἄλκιμοι νεανίαι.«  
 τόν τε τῶν ἀκμαζόντων ἀνδρῶν ἀμειβομένων·  
 »ἄμμες δέ γ' ἐσμέν. αἱ δὲ λῆς, πείραν λάβε.«  
 καὶ τρίτον τὸν τῶν παίδων ἀδόντων·

»ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῶ κάρρονες.«

5

B109 ἐπεὶ γὰρ ἅπαν τὸ νέον, ἧ καὶ πρότερον εἴρηται, ἡσυχίαν ἄγειν οὔτε κατὰ  
 σῶμα οὔτε κατὰ φωνὴν οἶόν τε ἐστίν, ἀλλὰ φθέγγεται καὶ πηδᾷ ἀτάκτως  
 αἰεὶ, τάξεως δ' αἰσθησιν μόνον τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωπος πέφυκεν ἔχειν,  
 τῇ μὲν τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸν ὄνομα ἔθετο, τῇ δὲ φωνῆς κράσει ἁρμο-  
 νίαν, τό γε μὴν ξυναμφοτέρων χορείαν κέκληκεν. καὶ οὕτως ἡμῖν χορείαν 10  
 τε καὶ θεοὺς δοθῆναι συγχορευτάς τε καὶ χορηγούς, Μούσας, Ἀπόλλωνα  
 U 158<sup>v</sup> καὶ Διόνυσον. καὶ χορούς τὸν μὲν Μουσῶν, τὸν δ' Ἀπόλλωνος, τὸν δὲ  
 V 220 Διονύσου εἶναι. περὶ οὗ τὰ νῦν ῥητέον καὶ σκεπτέον τὸ τοὺς ὑπὲρ τὰ ἐξή-  
 κοντα ἔτη γεγονότας χορεύειν καὶ ἄδειν. ὅτι μὲν οὖν εὐλογον, δῆλον, εἰ γε  
 πάντα ἄνδρα καὶ παῖδα, ἐλεύθερον καὶ δοῦλον, θῆλυν τε καὶ ἄρρενα δεῖ 15  
 τὰ γε κάλλιστα ἐπάδειν. μηδὲ παύεσθαι ποτε τοῦτο ποιοῦντας, καὶ πολὺ  
 μᾶλλον τὸ ἄριστον τῆς πόλεως ἡλικία τε καὶ φρονήσει τὰ κάλλιστα ἄδειν  
 εἰκόσ, μέγιστα ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐξεργαζόμενον.

12 Ὅτι μὲν οὖν εὐλογον καὶ προσέτι ὠφέλιμον, δῆλον. οὐ ῥάδιον μέντοι  
 δοκεῖ· πᾶς γὰρ πρεσβύτερος ὄκνου πρὸς τὰς ὠδὰς μεστός εἶναι δοκεῖ καὶ 20  
 χαίρει τε ἤττον πράττων τοῦτο καὶ αἰσχύνοιτ' ἂν μᾶλλον, ὅσῳ πρεσβύτερος.  
 πῶς οὖν αὐτοὺς παραμυθητέον καὶ προθύμους πρὸς τὰς ὠδὰς ποιητέον  
 ἢ τὴν Διονύσου χάριν αὐτοῖς ἐποχετεύοντας καὶ οἴνω προάγοντας; παισὶ  
 μὲν γὰρ μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι διδασκτέον  
 μηδ' ἐατέον »πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν«. τοὺς 25  
 δὲ μετὰ τοῦτο μέχρις ἐτῶν τριάκοντα οἴνου μὲν μετρίου συγχωρητέον γεύ-  
 εσθαι μέθης καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν ἀπεχομένους. τοὺς δ' ἀπὸ τεττα-  
 ράκοντα ἐτῶν καὶ ἐξῆς καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν ἐκδοτέον, ἐπίκουρον τῆς  
 τοῦ γήρως αὐστηρότητος ὄντα, ἀνηβᾶν τε ποιοῦντα καὶ μαλακώτερον ἐκ  
 σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ποιοῦντα ὡσπερ σίδηρον πῦρ καὶ δυσ- 30  
 θυμίας λήθην ἀπεργαζόμενον. οὕτω γὰρ ἂν καὶ προάγοιντο μετέχειν ἡμῖν  
 ὠδῆς. ἄδοντες δὲ μαῦσαν οὐ τὴν τῶν χορῶν καὶ τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς θεά-  
 U 159 τρεις, ἀλλὰ τὴν καλλίστην τε καὶ αὐτοῖς πρέπουσαν, τῶν μεγίστων ἡμῖν  
 ἀγαθῶν αἴτιοι γίγνοιντ' ἂν. ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ὠδῶν τε καὶ ἐπῳδῶν  
 τὰ τε νέων καὶ ἀκμαζόντων καὶ ὅλως πάσης ἡμῖν τῆς πόλεως ἦθη δια- 35  
 πλαττόμενα κάλλιστά τε καὶ δικαιότατα ἀποβαῖεν καὶ τὸ εὐδαιμόνως ζῆν

1 ἀμέσ Bergk | ποτ' ἤμεσ Bergk | 8 ἐσμέν] εἰμέσ Bergk | παῖραν λάβε] ἀγάσδεο  
 Bergk | 12/18 καὶ — εἶναι U<sup>x</sup> in marg. B V M Z in textu

1 Carmen popolare apud Plut. Vita Lycurg. 21 cf. Poetae lyr. gr. (ed. Bergk)  
 III. 661 fr. 18. | 28 cf. Plat. Legg. II. 666 a—c. | 38 cf. Plat. Legg. II. 667 a—c.

»Nos fuimus iuvenes robusto pectore quondam.«

Mox iuvenes florentis aetatis respondere:

»Nos sumus, et si quis dubitat, valet ille probare.«

Postremo adolescentes subdere:

5 »Nos probitate alios quidni superare necesse est.«

Cum enim iuventus omnis, ut dictum iam est, non voce, non corpore  
quiescere possit, sed concitetur semper et saliat vocemque inordinate  
emittat, ordinis autem sensum homo solus ex omnibus animantibus suapte  
natura habeat, hunc ordinem in movendo numerum vocavit, temperamentum  
10 autem vocis concentum, compositum vero ex utroque choream. Sicque  
et choreae constitutae sunt, et dii praesides chorearum sociique accesserunt,  
Musae, Apollo, Liber pater, eorumque singulis chori singuli delegati sunt,  
ut primus Musarum est, secundus Apollinis, tertius Liberi patris, cui or-  
dinem senectutis nostrae commendamus et cantare choreamque agere ho-  
15 mines annum sexagesimum excedentes censemus. Quam rem profecto non  
temere ita probari a nobis animadverto, siquidem omnes tam viros quam  
pueros, tam servos quam liberos, tam mares quam feminas honestissime  
modulari idque sedulo exercere par est. Imprimis autem civitatis praestan-  
tissimi viri et tum aetate, tum prudentia insignes, quae maxime honesta  
20 sunt, ea de sua re publica optime merentes modulari debent.

Hoc itaque et conveniens et commodum et honestum esse aperte iam 12  
declaratum est. Verum haud satis facile esse videtur, quippe senior quisque  
tardior iam ad canendum et pigrior factus minus ea re delectari videtur  
et, quo senior est, eo magis pudore retrahitur. Quod cum ita sit, agen-  
25 dumne aliquid est, quo senes animo recreati et hilariores facti modulos  
et Musarum gratiam recipiant? An Liberi patris festivam illam iucundi-  
tatem minutis poculis praelibantes per tempestiva convivia invitabimus ad  
officium? Iuvenibus enim usque ad octavum supra decimum aetatis annum,  
omnino ne vinum gustent, praecipendum efficiendumque est, ne ignem  
80 supra ignem corpori atque animo hauriant. Ab hoc ad trigesimum usque  
annum concedendum aliquid vini est, modice tamen pro aetatis iam con-  
stantis ratione, sed vetandum omnino, ne liberalius hauriant. At senili  
aetati iam tardae ac frigidae dandum plus aliquid est. Iuvat enim, ut haec  
aetas Liberi patris benignitatem in suae necessitatis auxilium imploret. Pater  
85 ipse demulcendo repubescere faciet et ex molliusculis duriores quasi ferrum  
igne demissum reddet, animi mores oblivioni anxietatis conciliabit, unde  
fiet, ut tandem socios se in cantando exhibeant. Nec vulgari et theatriali  
modo id facient, sed sua musa, hoc est illa venustissima, quae suam aetatem  
deceat et laudatissime senectuti conveniat, quae facile praestabit, ut prae-  
40 clara bona publice usu veniant. Praeceptione enim et succentione huius-  
modi mores iuvenum et omnino universae civitatis nostrae informati iu-  
stissimi honestissimique evadent et, quod optamus, beata vita continget,  
quem ad modum contrarii mores ex contrariis verbis, sententiis, modulis

B 109<sup>v</sup> περιγίνοιτ' ἄν, ὡσπερ καὶ τάναντία ἐκ τῶν ἐναντίων ῥημάτων καὶ νοημάτων  
 V 220<sup>v</sup> καὶ ὠδῶν ἀποβαίνει. καλλίστη δ' ἄν εἴη μουσα ἢ μὴ χάριν καὶ ἡδονὴν  
 μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀρθότητα καὶ ὠφέλειαν χορηγοῦσα. οὐδενὸς γὰρ ἐπιτη-  
 δεύματος τὸ σπουδαιότατον ἡδονὴ ἐστίν, εἰ μὴ καὶ ὠφέλειαν ἐπομένην ἔχει,  
 ὡς δῆλον ἐπεξιούσι τὰ κατὰ μέρος. δεῖ δὴ καὶ καλλίστην μουσαν μὴ 5  
 ἡδονῇ καὶ χάριτι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφελείᾳ καὶ τῷ ἀληθεῖ κρίνειν.

13 Ἐπεὶ δὲ τὸν μέλλοντα ἀληθῆ τε καὶ ἱκανὸν ὅτουον ἔσεσθαι κριτὴν  
 καὶ τῆς αὐτοῦ ὀρθότητος ἢ καὶ ἀμαρτίας τὴν οὐσίαν πρότερον εἰδέναι δεῖ,  
 καὶ τὴν μουσικῆς οὐσίαν σκεπτόν τοῖς τὴν ὀρθότητα αὐτῆς καὶ τὸ εὖ  
 εἰδέναι ἐθέλουσι, καὶ τοσοῦτ' ἄλλο, ὅσῳ καὶ ἄλλο τῶν ἄλλων ἢ φθείρει 10  
 ἢ παιδεύει τὰ ἡθῆ ἀμαρτάνουσιν ἢ κατορθοῦσιν, καὶ μάλιστα ἐπεὶ τοὺς  
 ποιητὰς ὀρῶμεν, ἅτε φαυλοτέρους ποιητὰς αὐτῶν τῶν μουσῶν, ἐνίοτε σχή-  
 μασι καὶ μέλεσι γυναικῶν ῥήματα ἀνδρῶν ἀποδιδόναι καὶ μέλεσιν ἐλευ-  
 θέρων καὶ σχήμασι ῥυθμῶν δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν ἢ  
 ῥυθμοῖς καὶ σχήμασιν ἐλευθέρους μέλη καὶ λόγους ἐναντίους τοῖς ῥυθμοῖς 15

U 159<sup>v</sup> ἀποδιδόναι καὶ αὐτὸν ῥυθμὸν μὲν καὶ σχήματα μέλους χωρὶς λόγους ψιλοῦς  
 εἰς μέτρα τιθέναι, μέλος δ' αὐτὸ καὶ ῥυθμὸν ἄνευ ῥημάτων ψιλῇ κιθαρῆσει  
 τε καὶ ἀλλήσει προσχρῆσθαι, ἐν οἷς παγχαλεπὸν ἄνευ λόγου γιγνόμενον  
 ῥυθμὸν τε καὶ ἁρμονίαν γινώσκειν, ὅτι τε βούλεται καὶ ὅτῳ ἔοικε τῶν  
 ἀξιολόγων μιμημάτων. ἀνάγκη τοίνυν τοὺς πρεσβύτας ἡμῖν πεπαιδεῦσθαι 20  
 καὶ τῶν ῥυθμῶν τε καὶ τῶν ἁρμονιῶν, ἐξ ὧν ἡ μουσικὴ συνίσταται καὶ  
 ἐν οἷς τὸ εἶναι ἔχει, εὐαισθητῶς ἔχειν, τὴν ὀρθότητα τῶν μελῶν γινώσκειν  
 μελλήσοντας. ἐπεὶ γὰρ μέλος πᾶν τὰ μὲν προσήκοντα ἔχον ὀρθῶς ἔχει,  
 τὰ δὲ μὴ προσήκοντα ἡμαρτημένως, καὶ ὁ γινώσκων, ὅτι ποτ' ἔχει καὶ  
 εἰ ὀρθῶς ἔχει, γινώσκει, δεῖ ἡμῖν μέχρι τοσοῦτου πεπαιδεῦσθαι τοὺς πρεσ- 25  
 βύτας μέχρι τοῦ δυνατοῦς εἶναι ξυνακολουθεῖν ταῖς τε βάσεσι τῶν ῥυθμῶν  
 καὶ ταῖς χορδαῖς ταῖς τῶν μελῶν, ἵνα καθορῶντες τὰς τε ἁρμονίας καὶ  
 τοὺς ῥυθμούς ἐκλέγεσθαι τὰ προσήκοντα οἷοί τε ᾧσιν, ἃ τοῖς τηλικούτοις

V 221 καὶ τοιοῦτοις ἄδειν πρέπον, καὶ οὕτως ἄδωσι καὶ ἄδοντες αὐτοὶ τε ἡδονὰς  
 τὸ παραχρῆμα ἀσινεῖς ἡδωνται καὶ τοῖς νεωτέροις ἡγεμόνες ἡθῶν χρηστῶν 30

B 110 γίνονται καὶ ἱκανοὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπῳδοὶ τοῖς νέοις.

14 Τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον ἀγαθὸν ἡμῖν ὁ Διονύσου χορὸς εὖ γινόμενος  
 καὶ τοσαύτην πρὸς ἀρετὴν βοήθειαν χορηγεῖ, ὡς ὁ λόγος ὑπέδειξεν. τὸ  
 δ' εὖ γίνεσθαι λέγω διὰ τὸ θορυβώδη τὸν τοιοῦτον ξύλλογον ὡς εἰκὸς γινό-  
 μενον προΐούσης τῆς πόσεως. ἀνάγκη νόμους ἀγαθοὺς καὶ νήφοντας ἐπιστά- 35  
 τας αὐτοῖς ἐφιστάναι. μηδὲν γὰρ κτῆμα, ἢ καὶ πρότερον εἴρηται, οὕτως

U 160 ἀγαθὸν εἶναι, ὃ μὴ πονηρὸν ἂν δόξειε μετ' ἐπιστάτου οὐκ ἀγαθοῦ. καὶ  
 τοῖς μεθύουσι τοίνυν ἀθορύβους καὶ νήφοντας ἐπιστάτας ἐπιστατέον, οἱ  
 αὐτῶν τὰς ψυχὰς κουφοτέρας καὶ θαρραλεωτέρας μὲν, οὐδὲν μέντοι ἤττον  
 καὶ μαλθακωτέρας ἤδη, ὡς ἐν πυρὶ σίδηρος, καὶ νεωτέρας γινομένας καὶ 40  
 εὐαγώγους τῷ δυναμένῳ καὶ ἐπισταμένῳ παιδεύειν τε καὶ πλάττειν, καθά-  
 περ ὅτε ἦσαν νέαι, τό τε θαρραλέον αὐτῶν καὶ ἀναισχυντότερον τοῦ δέοντος  
 καὶ τὸ μὴ τάξιν καὶ σιγὴν ὑπομένον εἰς τάναντία μεταβάλλοιεν τῷ μὴ

procedere consueverunt. Pulcherrima autem musa illa sit, quae non modo voluptatem parit et iucunditatem, verum etiam commoditatem openque ad vitam recte agendam. Nullius enim officii ratio intendit, ut dumtaxat voluptatem suppeditet, sed ut utilitatem cum honesta voluptate, quod in singulis  
5 perquirendis perspicuum erit. Ergo pulcherrima musa, quam petimus, non voluptate iucunditateque tantummodo, sed vera quoque utilitate determinanda est.

At quia rei naturam nosse oportet, si quis de quavis re iudicare vere  
recteque voluerit, idcirco musicae natura consideranda est iis, qui scire  
10 cupiunt, quid in ea recti bonique sit, et eo magis, quo ipsa mores vel depravat vel instruit, ut male beneve adhibita fuerit, cum praesertim videamus interdum poëtas gestibus et modulis muliercularum verba virorum tribuere et modulis ac gestibus hominum liberorum honestissimorumque numeros servorum atque illiberalium hominum accommodare aut ingenuis numeris et  
15 gestibus reddere modulos verbaque contraria ac rursus numerum et gestus sine modulo verbis solis in versum collocare aut modulum atque numerum sine verbis solo fidium pulsu aut tibiae flatu exprimere, quo fit, ut perdifficile cognitu sit, quod sibi numerus aut concentus velit et quam dignam simulationem sequatur. Ergo seniores nostros institutos esse oportet  
20 merorum et concentuum ratione, ex quibus musica constat et in quibus maxime versatur, pollereque iudicio, quo virtutem modulandi discernant et finiant. Cum enim genus omne modulandi, si ea, quae convenient, habet, recte compositum est, si quae minus convenient, prave, et qui norit, quid habeat, idem dignoscere, an recte sit compositum, potest, eatenus seniores  
25 nostros institui et musicae ratione erudiri decet, quatenus numerorum gradus et modulorum fidiculas assequi valeant, quo peritia et longo usu concentus et numeri, quid tantae talique aetati conveniat quibusve ipsi sese voluptatibus tute afficiant, deliberare possint praebereque exempla iuvenibus morum bonorum ac sese exhibere dignos virtutis auctores atque magistros.  
80 Tantum nobis afferet bonum chorus Liberi patris, si recte exerceatur, 14 tantumque ad comparandam virtutem iuvabit. Bene autem exerceri poterit, si, quod evenire in conviviis solet, ut pleraque per tumultum committantur, id ne fiat, procurabitur adhibito magistro sobrio atque erudito, qui lege optima alacrioris animi contumaces motus contineat. Nulla enim res, ut  
35 supra dictum est, tam bona haberi potest, quin, si bono careat rectore, prava esse videatur. Ergo conviviis quoque magister praeficiendus est sobrius, constans et integer, qui animos convivarum seniorum leviores quidem, agiliores audacioresque faciat fomento poculi liberalioris, sed nihilo minus molliores, perinde ut ferrum igne remittitur, atque oboedientiores  
40 magistro, qui informare erudireque possit, quem ad modum olim cum

14 ἀνελευθέρων U ἐλευθέρων B V M

11 cf. Plat. Legg. II. 669 c—e. | 20 cf. Plat. Legg. II. 770 d—671 a.